

## VI. Observatio de fœmina, quæ, non obstante vaginæ uteri coalescentiâ, infantem pe- perit.

**A**D fœminam ruri habitantem in puerperio ententem, ante aliquot septimanas accercitus eram, quæ parturientis doloribus per biduum laboraverat, absque ullo tamen Effectu nam ne guttula quidem sanguinis aut aquæ adhuc efflaxerat, vetula obstetrix quæ prius aderat mihi venienti retulit, se nunquam quampiam Visitasse, cujus Uterus tam clausus erat, quod cum exploraveram ita se habere sensi, nam Vagina Uteri (paulo supra ductum Urinæ) firmiter coaluerat & latera ejus tam arctè unita erant, ac si semper Unica essent membrana, nam specillo non daretur transitus versus Uterum (nisi membrana prius perforata) ab ejus marito interrogabam quam diu Vulva tam clausa esset, respondit per quinquennium, viz. a tempore prioris puerperii, quo in difficili partu huic obstetricaveram; quod coalescentia tam arctæ erat non tactu solum, sed visu deprehendi: rebus sic habentibus, puerperii ejus spem penitus abjeci, sefellit me tamen conjectura, nam post integram fere diem, multos sortesq; Enixos, una cum auxilio manus obstetricis aliquantulum aperta (& ni fallor lacerata) erat membrana, adeo ut digito minori daretur ingressus: hanc apertionem (ut ad partum conduceret) per speculum matricis dilatare visum est, hoc factò magna hemorrhagia statim sequebatur, unde infelix fœmina ita debilitata erat, ut sex vel septem horis a partu infantis mortuæ expiravit.

In animo etiam, atque etiam volutanti, quomodo fieri posset ut in utero conciperet hæc mulier, ad quem membrum Semenve Virile nunquam accederat, mihi in mentem venit opinio doctissimi Harvæi nostri in libro de generatione divulgata (cui ob hanc demonstrationem assentire cogor)  
viz.

*viz. quod fetus non formatur ex semine masculino in uterum ejecto, sed tota massa Sanguinis (quasi per contagium) vim plasticum à Semine virili accipiens ovīs uterinis communicat, unde fiunt fertilia, & eo magis cum illo sentio, quoniam scio hanc feminam Infantulum vehementer appetiisse, unde procul dubio eo majori desiderio cum virorem habuit, & maxime probabile videtur quod inflatis mulieribus instante coitus Spiritus eo tunc temporis affatim affluentes effluvia aliquot a semine virili attraxerunt, Sanguinisq; massæ & deinceps ovīs Uterinis Fecunditatem communicarunt.*

*Nota quod non obstante hac clausura frequenter per menses purgata erat antequam utero concepit.*

VII. *Account of Books.* 1. *Numismata, a Discourse of Medals, Ancient and Modern; together with some Account of Heads and Effigies of illustrious and famous Persons, in Sculps, &c. To which is added, a Digression concerning Physiognomy.* By J. Evelin, Esq; S. R. S. Printed for Benj. Took, &c. 1697. in Fol.

THE Ingenious Author of this Treatise, who has so often obliged the World with many useful Pieces, cultivating and advancing as well Natural Philosophy as other Parts of Learning and Arts, has in this Discourse given a Learned Account of Ancient and Modern *Medals*, informing the Reader, in his Epistle, That having begun this Work about Five Years since, he desisted from prosecuting it, upon the Publishing of Mr. *Walker's*